



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Custos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

Cui simile etiam ferme contigit
in aliis Ordinibus. *art. 3.*

CONVERSI.

Vide Oblatus.

CORPORALIA.

Vide Laici, & Benedicere.

CVSTOS.

Nomen Custodis in nostro Ordine Minorum sumitur aliquando generaliter, & sic convenit Ministro generali, *ut cap. 8. Regule.* Item Prouincialibus, *ibidem.* ubi Ministri & Custodes pro eodem sumuntur. Item Guardianis, *ut cap. 4. iuxta declarationem Nicolai III. & IV. Magist.* Aliquando sumitur specialiter, pro pralatura distincta ab istis, *ut cap. 8. tom. 1. quest. ultima, art. 1.*

Custodes (specialiter sumpto hoc nomine) duo munera habent ex regula, regendi scilicet Fratres in suis custodiis, quorum sunt veri Pralati, & eligendi, atque deponendi Ministrum generalem. *ibid.*

Leo. X. concessit Fratribus de Observantia ut sigillum Ordinis, & nomi

nomina Prælatorū vera, & propria, quæ *Scraphicus Pater* in regula sua instituit, apud eos essent. *ibid.*

Idem decreuit, vt mittendus cum Prouinciali ad Capitulum generale antea dictus discretus discretorum, diceretur Custos Custodum, qui est Prælatus habitualis, seu titularis, non actualis, cum desit ei custodia. *ibid. & art. 2.*

Quantum ad authoritatem Custodum actualium, vltra prædictā quam habent ex regula, tanta erit quantā eis Ministri generales, vel prouinciales, vel Constitutiones, aut summi Pontifices contulerint. *art. 2.*

Cum sint verè Prælati habentes iurisdictionem nō tantum localem, sed Episcopalem, possunt visitare conuentus sibi commissos. *art. 3.* Itē conuocare & celebrare custodiale Capit. vi regulæ in quo tamen non possunt institui Confessores, Prædicatores, aut Guardiani, nisi accedat facultas Apostolica. *art. 4.*

Officium Custodiatus durat vsque ad electionē alterius: maximè enim expedit vt semper sit custos in Prouincia ad omnem euentum. *art. 6.*

Si per mortem, vel longā absentia vacauerit custodiat, alius eligi potest à Prouinciali, & prouincia discretis; similiter si impeditus fuerit vel per negotium magni ponderis, vel per ægritudinem, aut illius imminens periculum ex longo itinere, iudicio Medicorum, incurrendum: Secus, si non impeditus vellet liberè renunciare, quia hoc casu non habent Prouinciales, & discreti auctoritatem eligendi alium. *art. 5.*

DEBITA.

Vide Conueniri, Nouitius.

Regulares possunt conuenire laicos debitores coram Iudice seculari Ecclesiastico, aut laico, pro qualitate causæ. *art. 4. to. 2. qu. 62.*

Debitor ingrediens Religionem in fraudem creditorum non est recipiendus ad Monachatum; si tamen ingrediatur, ipsum Monasterium satisfacere debet creditoribus de bonis per eum allatis. Quæ quidem procedunt, quando debitor ingreditur Monasterium, antequam illum creditor capiat, & executionem aduersus illum faciat: *secus*